

/ Clarissime Domine, Accepi libros omnes, quos in litteris tuis  
datis pridie idus septembris ad me misisse scribis. Ago gratias maxi-  
mas, sed nolim, ut alias scripsi, ut non tam liberalis, quam effu-  
sus esses in me beneficiis tuis ornando, vel potius onerando. Si  
5 unum ad me misisses ex libris de arte bene moriendi, tuis praecla-  
rissimis typis recusum, mihi abunde satisfacisses. Reliquos accepi,  
sed non sine rubore verecundiae. Scio enim magno labore, et non mi-  
nore sumptu libros ex Antverpia huc mitti. His valeat clarissime Do-  
mine, et si qua in re tibi utilis esse poterō, libentissime id fa-  
10 ciam. Datum Romae die 26 septembris 1620

---

Archiv.Vatic.Gesuiti 22 epist.CCXXIV; ibid.18 fol.29 minute aut.